Extat inter Epistolas lib. 2 edition. Peucerian. pag. m. 548.

Integerrimo Viro Huberto Langueto fratri suo chariss. S. D.

Dixit quidā ex veteribus amicis nostris, me opprimendū esse, ne impediā ea, quæ ipsi moliuntur. Ego vero cur ipsos impedire dicar nescio cum taceam et colaphos accipiam, et ne quidē manifestas iniurias depellam, Vivo in luctū et ingenti dolore, propterea quod ab ipsis. et impediri piorum colloq. & explicationē rerū maximarū videā. De qbus et ego libenter velim cum pijs, doctis, candidis, non iuvantibus sophisticen, colloqui, propter gloriam dei, & communem salutem. Cum indoctis, rabiosis, furentibus odio, aulicis gnathonibus, aut tribunicijs

Stolsius

hominibus, qualis fuit Superbus, et quales video esse Gallū. & Aurifabrum, quid prodest colloqui? Fuit mihi dulcis & amicitia & familiaritas cum Illyrico, Et cum eo libenter colloquerer de toto corpore doctrinæ, Sed sparsit antea, quæ a me nec dicta nec cogitata fuerint Quare nunc quoq insidias metuo, Utinā pari candore, quo ego libenter velim cum eo agere. mecū ageret. Sed nemo meorū amicorū vult interesse colloquio, Et iudicant mihi